



Universitätsbibliothek Paderborn

**R.P. Clavdii Aqua-Vivae Societatis Iesv Præpositi
Generalis V. Meditationes In Psalm. 44. et 118**

Acquaviva, Claudio

Coloniæ Ubiorum, 1616

Inhaltsverzeichnis

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50645](#)

MEDITATIONES
IN PSALMVM
XLIV.

Aspira Ies v Dulcissime: Adesto
Virgo Maria.

In finem.

Pro ijs, qui commutabuntur. filijs Core:
ad intellectum. Canticum pro
dilecto.

PSALMVS XLIV.



R V C T A V I T cor
meum verbum bonum:
dico ego opera mea
Regi.

- 2 Lingua mea calamus scribæ: velo-
citer scribentis.
- 3 Speciosus forma præ filijs homi-
num, diffusa est gratia in labijs
tuis: propterea benedixit te Deus
in æternum.
- 4 Accingere gladio tuo super femur
tuum, potentissime.
- 5 Specie tua, & pulchritudine tua
intende, prospere procsde, & re-
gna.

A

6 Pro-

MEDITATIONES

- 6 Propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam: & deducet te mirabiliter dextera tua.
- 7 Sagittæ tuæ acutæ, populi sub te carent, in corda inimicorum regis.
- 8 Sedes tua Deus in sæculum sæculi: virga directionis virga regni tui.
- 9 Dilexisti iustitiam, & odisti iniuriam: propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo laetitiae præ consortibus tuis.
- 10 Myrrha, & gutta, & casia à vestimentis tuis, à domibus eburneis: ex quibus delectauerunt te filii Regum in honore tuo.
- 11 Adstitit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato: circundata varietate.
- 12 Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam: & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui.
- 13 Et concupiscent Rex decorem tuum: quoniam ipse est Dominus Deus tuus, & adorabunt eum.
- 14 Et filii Tyri in muneribus: vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis.
- 15 Omnis gloria eius filii Regis ab in-

tus

IN PSAL. XLIV.

tus, in fimbrijs aureis circumamis-
eta varietatibus.

- 16 Adducentur Regi virgines post eam:
proximæ eius afferentur tibi.
17 Afferentur in lætitia & exultatione:
adducentur in templum Regis.
18 Pro patribus tuis nati sunt tibi filii:
constitues eos principes super om-
nem terram.
19 Memores erunt nominis tui in om-
ni generatione & generationem.
20 Propterea populi confitebuntur ti-
bi in æternum: & in sæculum sa-
culi.



MEDITATIO IN TI-

T V L V M

P S A L M I.

Pro ijs, qui commutabuntur, vertit
Sanctus Hieronymus, Victori pro Epis. 140.
lilijs. Symmachus, Triumphus, seu
triumphale carmen pro floribus. Aquila,
Vincenti pro lilijs. Ultima verò pars,
Canticum pro dilecto, vertitur etiam
Canticum amantissimi, vel canticum a-
moris.

A 2

Quatuor